

iudex Franciscus de Aurilia

85

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Franciscus de Aurilia

85

1493-10-22

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
nonagesimotertio. Regnante... Ferdinando Dei gratia
Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum...
eius anno tricesimoquinto,... mense Octobris, die
vicesimosecundo eiusdem, duodecime indictionis,
Mathere.

Nos Franciscus de Aurilia de Milionico, habitator
civitatis Mathere, per totum regnum Sicilie citra
farum regia auctoritate ad contractus iudex, Robertus
Agathus de affata civitate,... puplicus ubilibet per
totum predictum regnum... regia auctoritate notarius,
domnus Donatus de Martuncello, domnus Eustasius
Mannaresius, Ieronimus de Conversano, Franciscus
notarii Stephani et Iacobus Eustasii de Nuccio,
testes... de nominata civitate,... notum facimus... quod...
constitutis Iohanne Antonio de Dominichichio, de
prenominata civitate... et... Gabriele Donati notarii
Eustasii de dicta civitate,... prefatus... Iohannes Antonius
asseruit... habere... domum seu griptam unam cum
platea ante ipsam, que platea est in comuni et
pro indiviso cum platea gripte Thomasii magistri
Rogerii de Mathera ac cum platea domus sancti Petri
Saxi Caveosi, sitam... in civitate Mathere intus in
Saxo Caveoso, in pictagio ecclesie sancti Stephani
eiusdem Saxi, iuxta griptam dicti Thomasii magistri
Rogerii, iuxta griptam dicte ecclesie... et iuxta frontem
ipsius gripte;... et placebat eidem Iohanni Antonio
dictam domum seu griptam... vendere... Qua propter...
vendidit... prenominate Gabrieli... supradictam domum
sive griptam... pro pretio unciarum duarum et tarenorum
viginti...

† Ego Franciscus de Aurilia qui supra regius ad contractus iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi manu propria † Ego Donatus Martuncellus qui supra testis testor † Ego Eustasius de Mannaresio qui supra testis testor † Signum crucis proprie manus mey Iacobi Eustasii de Nuccio qui supra testis illicteratus et scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mey Francisci notarii Stephani qui supra testis illicteratus et scribere nescientis † Ego Ieronimus Forcia qui supra testis testor